



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsar| Scaligeri| Epistolæ| &| Orationes|**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Ivlivs Cæsar Scaliger Gotofrido Cavmontio S. P. XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

69

IVLIVS CÆSAR SCALIGER  
GOTOFRIDO CAVMONTIO  
S.P. XII.

**N**ON, meo fato, Gotofride Caumonti,  
videri tibi possim deductus ad naturæ  
contemplationem, cuius ingenium, atque  
liberalior institutio prima potuit persuade-  
re mihi, caussarum, quibus tamdiu insuda-  
uimus, morosissimas perplexitates cūamor-  
niorum literarum studiis fuisse commu-  
tandas. Cæterum non tā vocib. tuis, quam  
tacito iudicio castigatus, omissis popularis  
auræ ineptissimis illecebris, ad ea studia  
meipsum reuocaui, quæ neq. tum omissa  
oportuit, cū mē cōtuli ad agitati bellorum  
procellis animi laxationem, & temere suo  
intermissa tempore, melioribus consiliis  
hoc etiam alienissimo renouari debuere.  
Aggressus igitur caussarum, quæ longe om-  
nibus rebus est anteferenda, cognitionem,  
neque deterritus difficultate, neque gloriæ  
stimulis incitatus, sed vt & mihi viucrem  
aliquando, & hæc tam sanctæ vitæ tanī mo-  
destæ te cui totam ipsam debeo, partici-  
pem facerem: non ita multa reliqui in na-  
tura rerum, quæ non resoluerentur ad pri-  
ma principia sua. Quamobrem a subterra-

E 3

ncis

70. I V L I C A E S A R. S C A L.

neis incipiens , deduxi operam meam ad  
Theophrasti commentarios, qui de caussis  
plantarum inscribuntur, inde ad Aristotelis  
libros, qui de caussis partium cognoscunt in  
animalibus , cum quibus vniuersum iudi-  
cium Galeni coniunximus , eisque omni-  
bus nostrum more nostro accommodauim-  
us. Ab his coegimus omnes in ordinem  
caussas , quæ cuique parti naturæ debe-  
bantur, simul Arist.& Alexandri , quibus  
de nostris & exactam cognitionem & no-  
uam addidimus magnum numerum qua-  
stionum: postremo quatuor libros de cauf-  
sis in summa vniuersitatis contemplatione,  
tanto labore atque usu disputationis , ut  
anno sextodecimo vix tantulum opus sit  
absolutum. Nunc enim ut ad Theoph.  
rerum simul cum Theodoro \* \* .

*Reliqua desiderantur.*

I V L I V S C A E S A R S C A L I G E R

A D D I A M C A T H A R I N A M M E D I C E A M

A V G V S T A M F R A N C O R V M R E G I N A M

*Prefatioin \*\*\* nomine amici XIII.*

E t antea incensus eram eruditorum ho-  
minum sermonibus, de quibus audie-  
ram,